


26



legata



OC est exemplum bene, & fideliter Barcinone sumptum à quo-

dam publico, & auctentico, Decreto Sacri Concilij Prouincialis Tarraconen. in papiro scripto manuq; publici, vt infra patet Notarij clauso, siue subsignato tenoris sequentis. ATTESTOR, & cum præsentí indubiam fidem facio ego Augustinus Alemany auctoritatibus Apostolica, atq; Regia not. Tarraconæ, Secretariusq; Statutus Ecclesiastici totius Prouinciae Tarraconen. quod in processu S. C. Prouincialis vltimi Tarraconæ, de mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Don Fr. Ioannis Emanuel de Espinosa, Dei gratia, sanctæ Tarraconen. Ecclesiæ Archiepiscopi, Regijq; Confiliarij celebrat. tametsi sub diuersis Calendarijs, quorum primum fuit die Dominica nona mensis Nouembris, anni millesimi sexcentesimi sexagesimi quarti, hora quarta post meridiem, in sessione septima, die Sabbati, vigesima secunda Nouembris, præfati anni, hora tertia post meridiem, conuocato S. C. Prouinciali in loco solito Palatij Archiepiscopal, inter alia quæ in dicta sessione per Illustres, & Admodum Reuerendos Dominos Domnos Prouinciales peractum fuit reperiuntur peracta, & descripta sequentia.

Deinceps autem fuit per Illustrissimum, & Reuerendissimum dominum Archiepiscopū mihi dicto, & infrascripto Secretario iussum quatenus voce intelligibili scedulam, seu supplicationem vnam Indultis Apostolicis licet in forma transumpti, pro parte domini Petri Benedicti Atxer Presbyteri, & Canonici, Syndici Illustris Capituli Barchinonensis, product. legerem, que sunt huiusmodi sub tenore.

Illustrissimo señor , y Sacro Concilio.

La Santidad de Pio Quinto con su indulto dado en Roma apud S. Petrum à veinte y ocho dias del mes de Junio año mil y quinientos sesenta quatro, concedió licencia a los señores Administradores del santo Hospital de Santa Cruz de la Ciudad de Barcelona, que son el Illustrissimo señor Obispo, Cabildo, y Consejeros de la Ciudad, para que puedan hacer las demandas de limosnas por todo el Principado de las Ciudades, Villas, y Lugares de la Prouincia Tarraconen. tanto en las Iglesias, como por puertas, sin licencia de los Ordinarios (de que no han vsado) como mas largamente es de ver en dicho Indulto que se dà auctentico.

En el año mil y quinientos ochenta siete, la buena memoria del señor Arçobispo Don Iuan Terez, en el santo Concilio Prouincial en la session diez y ocho, que se tuuo a treinta dias del mes de Octubre de dicho año, obtuuo el Hospital Decreto en la forma siguiente. E apres sobre la supplicacio presentada al principi de la conuocacio del present Concili Prouincial, co es, a vuyt del present mes de Octubre per part del Hospital de Santa Creu de Barcelona, fonch determinat, que sien exortats los Ordinaris, que afauorescan al dit Hospital General en tot allò ques puga fer, y que li valgan, y vullan preferir dit Hospital General, al Hospital de Misericordia, y que dits Ordinaris ab las llicencias que donaran, sin donen al Hospital predit de la Misericordia per acaptar per fas Dicecesis, posen clausula, que no pugan fer la acapta en los llochs, quel Hospital General de S. Creu no la haje feta primer, y q los Rectors nols admetan a fer la dita acapta ans de la de dit Hospital General de S. Creu. Por tanto los sobredichos Administradores suplican a V. S. Illustrissima, y S. C. P. se confirme de nuevo con Decreto, para que obuen los grandes daños que se siguen de no obseruarle inuiolablemente de algunos años a esta parte, que a mas que serà muy del seruicio de Dios, se vendrá à conseguir el remedio que suplican a V. S. Illustrissima, y S. C. &c.

Secuntur Indulta Apostolica, quæ hic non describuntur ad evitandum prolixitatem.

IN calce verò prædictorum omnium fuit factum Decretum huiusmodi sub tenore. QVIBVS omnibus scilicet supplicatione Indulta, & Decreto sic vt dicitur lectis per me dictum, & infrascriptum Secretarium illico Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus S. A. C. attenta petitione rationi consona volentesque de salubri æterno Decreto prouidere fuit statuta prædicta ad dominos præsentis S. C. Promotores remitti, & committi super quo in scriptis S. C. redigant votum, & resolutionem suam.

Deinde autem in sessione subsequenti octaua inter alia quæ in ea acta fuerunt, & in ea descripta sunt inueniuntur sequentia.

SVBSEQVENTER Illustrissimus dominus Vicen. Episcopus verbo enarrauit sibi, & alijs Promotoribus per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum, & S. C. commissum esse in sessione septima huius S. C. recognitionem tenoris Indulti, felicis recordationis Pij Quinti Hospitali Sanctæ Crucis Barcinone concessi, nec non Decretum Concilij Prouincialis bonæ memorie Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Don Ioannis Terez, sanctæ Tarraconen. Ecclesiæ Archiepiscopi, in fauorem dicti Hospitalis fact. super modo, & ordine questandi per vnamquamque Diceces. Prouinciae Tarraconen. pro vt sunt insert. in præsenti processu in dicta sessione septima; sive bene prædicta esse disposita, & quod Hospitali Sanctæ Crucis Barcinone præferri, & antecedi in quocunque quanto licet sic Hospitali Misericordiæ dictæ Ciuitatis Barcinone dictumq; Decretum ingeniosè ne stabilitum, & quamplurimis de causis magis suffragari tenetur dicto Hospitali Sanctæ Crucis, quam dictæ Misericordiæ.

ET incontinenti habito maturo colloquio Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus S. A. C. statuit dictum Decretum in dicta sessione septima, super his lectam omnino obseruari, & denuo cum præsentí confirmari, pro vt confirmarunt, quæ videtur quasi de iure attenta frequenti, & assida cohabitatione tam copiosi numeri pauperum, sive domini Prælati Scribis, & Notarijs suarum Curiarum Ecclesiasticarum iubeant Decretum prædictum obseruari ad vnguem.

In quorum fidem ego dictus Augustinus Alemany Not. & Secretarius prædictus hic me subscribo vtitur dicta Prouincia signo cum impref-
sione Sigilli illius, ad requisitionem Illustris, & Admodum Reuerendi Petri Benedicti Atxer Presbyteri V. I. D. Canonici Sedis Barcino-
ne in vim cuiusdam litteræ mihi manu illius descriptæ, & missæ appono Sig † num.

Locus * Sigilli.